

oxyporium, ii. subs. n. FORMA oxyporum. ΕΤΥΜ ὀξυπόριον, ὀξυπόρος. [FREQ humilis 26^{indicia} 1,9^{/d.c.m.} 45-95 STAT] uocabulum scriptis technicis ad medicinam, historiam naturalem agrique culturam pertinentibus proprium; litterariis saltem inuenitur, et quidem sensu difficili STAT Silu 4.9.36. non sal oxyporumue caseusue.; inde a saec. I ec., ibidem mediocriter, apparet, postea saepius.

VARIATIO OPERUM	exponens narratiua	indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
		25	8,9
		1	0,21
DIACHRONICA	I-II ec.	6	1,5
	III-V ec.	20	2,9
DIAPHASICA	docta	1	0,5
	media	25	2,3
DIASTRATICA	litteraria	1	0,1
	technica	25	9,3
MODUS	prosa	25	2,2
	uersu	1	0,56

¶ MED *remedium digestium celeriter efficiens, oxymeli compositum, simul pipere, apio aliisque herbis* • *remedio digestivo de rápida eficacia, compuesto fundamentalmente de oxymeli junto con pimienta, apio y otras hierbas* [HYPER medicamentum HYP oxymeli^{b2}, oxyporium Cydonite, oxyporium Dionysianum, oxyporium Neronianum, oxyporium Olympianum, oxyporium Pancharianum] 60 COLUM 12.59.4. OXYPORI COMPOSITIO. Piperis albi, ... nigri, ... apii, ... laseris radices, ... casei; haec contusa et cribrata melli permisceto et in olla noua seruato; deinde, cum exegerit usus, quantumcumque ex eo uidebitur, aceto et garo diluito. 200-300 GARG MART Med 58.3. omnia in oxymeli resoluta oxyporium iocundissimum praestant si uncia nuclei triti simul accipiat. 395-415 MARCELL 20.52. Ad dolores stomachi ueteres et ad stomachum fatigatum facies oxyporium. 20.77. Melle colliges haec omnia trita et uteris oxyporio optimo ad digerendum. 400 PS THEOD PRISC Add. Ad eos qui cibum non digerunt, ad inflationem et ad colum tale facies oxyporium.

(“oxymeli^b) et antidotis coniunctum est • estuvo también relacionado con los antidotos 79 PLIN Nat 24.55. Iunipirus miscetur et antidotis, oxyporis. 395-415 MARCELL 29.15. Hoc antidotum siue oxyporium, quod bufagos dicitur, facit ad coli inflationes et ad digestionem.

... (“acidus^d, acrimonia^c, oxymeli^b) apud populum stomachi infirmitatibus frequenter aegrotantem, talia remedia uaria ab auctorum nominibus cognita sunt quae ingredientibus differebant • en un mundo en que las dolencias estomacales eran frecuentes, fueron conocidos por los nombres de sus inventores varios tipos de este remedio, diferenciables entre sí por algunos de sus componentes

oxyporium Cydonite. *remedium digestium tussi et inflammationi etiam proficiens* • *remedio digestivo bueno también para la tos y la hinchazón* [HYPER oxyporium] 395-415 MARCELL 20.126. Oxyporium Cydonite, quod facit ad stomachum et tussem, empuematisin quoque soluit et digestionem citissime praestat.

oxyporium Dionysianum. *remedium digestium quoddam* • *cierto remedio digestivo* [HYPER oxyporium] 395-415 MARCELL 20.86. Oxyporium Dionysianum ad digestionem et ad rigorem stomachi et ad confirmationem aqualicoli.

oxyporium Neronianum. *remedium digestium et hieme et aestate potens* • *remedio digestivo efectivo tanto en invierno como en verano* [HYPER oxyporium] 395-415 MARCELL 20.84. oxyporium, quod Nero utebatur ad digestionem ... et stomachum mire conponit et umores siccant ... aestium et hiemale.

oxyporium Olympianum. *remedium digestium quod longaeuum faciebat* • *remedio digestivo que además alargaba la vida* [HYPER oxyporium] 395-415 MARCELL 20.87. Oxyporium Olympianum polyetes ad digestionem parandam.

oxyporium Pancharianum. *remedium digestium quoddam* • *cierto remedio digestivo* [HYPER oxyporium] 395-415 MARCELL 20.88. Oxyporium Pancharianum ad digestionem, quod et aqualiculi corruptelas uel aciduias consumit et stomachum marcentem recreat.